

quod ipsi ad hęc grauamina occasionem præbuerunt, & ultra tot clara decreta Conuciorum Imperialium, istiusmodi declarationem Cæsaream iniuste extorserunt, Quod quidem minime necesse habuissent, si ullo modo tam aperiis, & multiplicibus iusionibus ac mandatis Imperatoris, ut supra aliquociens dictum est, ad conseruandam publicā pacem & concordiam editiis, parere cogitassent.

Ac ipsa quoq; Cæsarea Maiestas, priusq; prædicta nostra legatio ad eam in Italiā peruenit, literas ac nos dedit plenae clemētiæ & humanitatis, in quibus clare promittit, se nihil alienū ab inita nobiscū pacificatione, aduersus nos suscepturā esse, à quibus quidē longe dissentit ea quæ Iudicium Camere Imperialis contra hęc oīa, ad perturbandā publicam tranquillitatē molitur, utq; res certo cognosci et intelligi possit, illas ipsas literas Cæs. a. Maie. & nostrum ad eas datum responsum, hic subiiciemus.

### CAROLVS DEI GRACIA IMPERATOR

Romanus, semper Augustus &c.

**I**llustres, cari consauinei, Electores & alij Principes, Ac item generosi nobiles prudentes, dilecti fideles. Et si uobis ante hac, tum per literas, tum per Oratores nostros sæpius significauimus, & re ipsa quoq; testatum reddidimus, quod nos solum ad retinendam publicam pacem & tranquillitatem, in imperio Germanicæ nationis, & ad omnes discordias, ac controuersias, præsertim in causa religionis ac fidei, æquabilibus ac pacificis rationibus uijs tollendas, prepeni simus, neq; propterea quenquam ui aut armis inuadere, aut opprimere, Sed multo magis premissam & confirmatam pacificationem, uobiscum & cum uestris coniunctis imitam conseruare cupiamus. Tamen quoniam ad uos, licet falso, referri et sermones spargi accipimus, nos eo esse animo, ut prædictam pacificationem prima quoq; occasione uiolare, uosq; armis adoriri uelimus, Non duximus prætermittendum, quin uos iterum hisce literis præmoneremus, ne istiusmodi confictis & falsis rumoribus, fidem adhiberetis, Sed potius ut certo statuatis nos promissam & confirmatā pacificationem, conseruaturos, & contra hanc nemini religionis seu fidei gratia, bellū illaturos, neq; ad ullos

notus